

5. *S. HISPANICA* (L. sp. 1112.) foliis oblongis lanceolatisve acuminatis, caule foliato mono-pleiocephalo sublanato, involucri floribus dimidio brevioribus glabris, foliolis exterioribus triangulari-ovatis, interioribus ovato-lanceolatis, omnibus acutis, acheniis marginalibus muriculatis, radicis coma squamata. ☉. In pratis fertilibus, in collibus graminosis, inter virgulta, (Holstein, Hanover, Thüringen, Böhmen, Mähren u. Unterösterreich, bei Triest, München, bei Bingen in d. Rheinpfalz; Schweiz selten.) Jun. Jul. Variat foliis dentatis et insuper

α. *latifolia*, foliis ovato-vel oblongo-lanceolatis: *S. hispanica* α. *sinuata* Wallr. ann. bot. p. 94. *S. denticulata* Lam. fl. fr. 2. p. 82. *S. edulis* Moench. meth. 548.

β. *glastifolia*, foliis elongato-lanceolatis: *S. hispanica* β. *glastifolia* Wallr. l. c. p. 95. *S. glastifolia* Willd. sp. 1499. *S. graminifolia* Roth. tent. 2. 2. p. 49.

γ. *asphodeloides* Wallr. l. c., foliis linearibus. — *S. montana* Mutel. fl. du Dauphiné 2. p. 268. Monnard. syn. fl. helv. p. 660., hanc varietatem et antecedentem comprehendit. Ceterum achenia marginalia omnium varietatum muriculata sunt, nec in *S. glastifolia* laevia. Conf. Monn. l. c.

Quid sit *Scorzonera angustifolia* Gaud. helv. 5. p. 19, ignoro.

§. 2. Flores rosei.

6. *S. PURPUREA* (L. sp. 1113.) foliis linearibus vel lineari-lanceolatis, caule foliato mono-pleiocephalo, involucri foliolis exterioribus ovato-lanceolatis, radicis coma filamentosa. ♀. In collibus herbidis calcareis, (stellenweise in Krain, Oestreich, Mähren, Böhmen, Schlesien, bis Frankf. a. d. O. u. Berlin; Thüringen bis zum Unterharze; in Oberbayern; Rheinfläche von Dürkheim bis Bingen; bei Stettin in Pommern u. bei Bromberg in Preussen.) Mai. Jun. Jacq. austr. t. 35. Variat, sicut omnes species huius generis, foliis latioribus lanceolato-linearibus; *S. rosea* W. et Kit. pl. r. h. t. 121. G.

76. *PODOSPERMUM* (DC. fl. fr. 4. p. 61.) Achenium ad papum usque aequale, non attenuatum, callo baseos elongato, subinflato, achenio ipso crassiore. Cetera ut *Scorzonerae*. — Flores omnium flavi et capitula omnium ante et post anthesin octangularia, quod non solum in *Scorzonera* octangulati sic se habet.

1. *P. JACQUINIANUM* (Koch. Deutschl. fl., vol. ined.) radice perenni multicipite caulibus florigeris fasciculisque foliorum sterilibus instructa, caulibus erectis ramosis superne sulcatis, foliis pinnatifidis, laciniis linearibus acuminatis, terminali lanceolata elongata, floribus marginalibus involucri duplo longioribus. ♀. In locis incultis, siccis, ad vias, aggeres, (Unterösterreich u. Mähren.) Jun. - Aug. *Scorzonera laciniata* Jacq. a. t. 356., non Linnaei, qui plantam suam in horto upsaliensi coluit et ut biennem describit; Jacquinii planta, quam vivam possideo, est perennis, quod jam Jacquinus ipse optime monuit. Fasciculi foliorum steriles, in proximis annis caules protrudentes, anthesi peracta cespitem efformant, quod vero in sequentibus non observatur, quae dejecto fructu pereunt.